

um. Quod honorificè nactus, primus inter compe-
titores, nihil prius, nihil antiquius habuisti, quàm so-
lenter tradere res Philosophicas quàm docendo, quàm
publicè ut Præses disputando. Quo factum, ut ante
aliquot menses Ordo Philosophicus Te in ipsorum
Ordinem unanimi consensu ob Eruditionem Tuam
non vulgarem cum D. M. Andrea Davide Carolo be-
nevolè adscripserit. In quas tuas laudes prolixissimas
multa egregia dicere poteram, & habebam etiam;
verùm instituti memor id tantùm ago in præsens, ut
Te Eximium Virum, Dn. M. Georgium Pasch,
Tibi, Lector Benevole, conciliem. Ipse etiam ceu ex
ungve Leo, re ipsâ demonstrabit, seqvè Tibi de meli-
ore notâ probabit & obstringet Noster adeò, ut quàm
maximè. Ego si quàm in rē inservire utilitatibus Tuis
potero, [faciam enimverò, ut nihil ejus unquam in
me desideres,] Tuus Totus ero, Amicissime Paschi:

*Dab. è Museo, d. 21.
Mart. 1686.*

Constantinus Ziegler/
D. P. P.